COMPENDIUM GEOMETRIAE. DE ERIGENDIS FIGURIS COELI
Bayern/Salzburg, Mitte 16. Jh. Seite 31r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8221
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Sicut oēs tabulæ, ita etiā Ephemerides ad certū aliquē meridianū sūt cōputatæ. hinc facile pt intelligi eas illis tm̄ cōuenire locis, q̄ sub eo meridiano sunt sita. Ut aūt ephemerides ad alias regiones sine errore accomodari possint, necesse est ut tempus tuū p differētiam meridianorū corrigas.

Cum motus inquirendi sunt, sic opare.

I. Quære longitudinē utriusq; loci & tui & Ephemeridum, uel ex Geographia Ptolomei, uel ex Apiani Cosmographia. Minorē à maiori aufer, residuū dī differētia longitudinis, eā in partes temporis cōuersam (sumendo s. p singulis gradib. differētiæ 4 minuta horæ & p singulis 15 minutis differētiæ 4 secunda horæ ∴ unū minutum temporis) adde ad tempus tuū Astronomicū. si locus tuus ē occidētalior, loco Ephemeridū. Aūt subtrahe, si est Orientalior. Est aūt is locus Orientalior cuius longitudo maior est. Occidētalior cuius longitudo minor est, qa longitudo ab occidēte numeratur.

Ephemerides aūt usq; ad annū 1551 sunt cōputatæ ad Tubingensem meridianū, cuius longitudo est 26 G 23 m. Reliquæ quinq; sunt cōpositæ ad Venetū meridianū, cuius longitudo est 32 Gra. 30 m.

II. Reducturus ergo loca Planetarū ad meridianū Vitebergensem, aufer minorē longitudinē à maiori, & habebis drīam longitudinis duorū locorū, q̄ cōuertes in tempus, modo supra tradito.

	G	′
Vitebr.	30	30
Tub.	26	23.
	4	7